

## INDEX

- 2 Lusitanie nobilissimum Emporium Olisipo  
23 Lutzenburgum Augusta Romanorum

M.

- 11 **M** Alage solum nobile.  
25 Manderscheit.  
23 Mansfeldia Comitis Petri Ernesti Lutzenburgensis  
hortus.  
30 Mariani Teutonici milites  
27 Marchionatus Imperij Antwerpia  
60 D. M A R C I Venetorum Ecclesiam hic spectadam  
exhibuimus, quæ à D. Marco Euangelista nomen habet,  
cuius corpus ex Asia Anno Christi D. ccc. xxvij. aduectū,  
& hic repositum fuit. Est hoc Fanum omnium Splendissimū : Est enim marmore varij generis contuso in fru-  
stula, sic vndique colorum ordine decenter obseruato,  
compactum atque compositum, vt non lapidem, sed col-  
loribus depictas imagines, iudicares, aliquibus verò in lo-  
cis, & quasi om̄ibus, magnificentissimè ornatum auro.  
In choro columnæ IIII. marmoreæ ex templo Salomo-  
nis aduectæ, quæ, adhibito lumine, perspicua apparent.  
In vestibulo, tres ex pilati atrio, translatæ, locutæ mar-  
more signatus, in quo Fridericus Barbarossa Imperator,  
Romano Pontifici humiliiter se submittit. Supra portas  
statuæ èneæ equorum quatuor, ex Constantinopoli, cum  
Veneti eam occupassent, trāpositæ, & eo primū ex Vr-  
be Roma ex Arcu Triumphali Titi Vespasiani allatae por-  
ticus, marmoreis columnis cxxxvj. sustentatur, è cuius re-  
gione D. Marci turris, deaurata tecto, & tabulis èneis va-  
rijs historijs, artificiosissimè incisis, emicat.  
10 Marisma  
20 S. Martini reliquiæ apud Turonenses in veneratione  
fuerunt.  
36 Maros opidū à Christianis sub tributo inhabitatum.  
14 Masmoros  
ibid. Los martyres  
7 Mattadero  
9 Maurorum in Hispania tyrannis.  
39 Maximiliani antrū in Oeniponticis montibus, in quo  
devita desperā, biduū fuit, & ex eo mirabiliter liberatus  
17 Mediolaniū, Santones esse ptolomeo, pleriq; existimāt.  
58 Meldorpium Dithmarsia opidum.  
10 Messones.  
24 Monasterium in Campo Meifeldensi, Ditionis Treu-  
rensis, opidum, vallis ac muris circumdatum, Ecclesiam  
Collegiatam, parochialem, ac Hospitale, ceteraque opi-  
di benè constituti ornamenta habet.  
56 Mons S. Adriani  
57 Mons Carotinus.  
53 Mons Draunstein  
65 Mons Paullippus  
16 Montes Pyrenei  
64 Mons S. Siluestri  
65 Mons sum manus  
75 Mons S. Thomæ  
65 Mons Vesuvius  
23 Monumentum perantiquum, in villa Igel prope Mo-  
fellam.  
38 Mulbach

N.

- 51 **N** Abus flu.  
65 Neapolis  
65 NEAPOLIS felicis & luxuriantis Campania Me-  
tropolis, Principum totius regionis sedes, non tam mag-  
na, quām populoſa, plateas habet, tribus exceptis, quæ la-  
tae, & miræ magnitudinis sunt, maiore ex parte strictas, &  
angustas, olim silicibus, nunc lapide cortili stratas, in  
quibus obseruandus ordo in disponendis collocaſi-  
ciuum & artificum ædibus. Fabri enim, & eiusmodi arti-  
fices, qui strepitu moleſti sunt, vel coriariſſatores, qui for-  
didiora exercent munia, in extremis vrbis partibus, suas  
regiones obtinent, reliquam vrbis partem nobiliores, a-  
lijque ciues. Singulæ promemodum domus fontes ha-  
bent salientes copiosa, saluberrima que aqua. Hyemem

vix sentit, cuius gratia, palatia & domus non habent tecta  
in altum eleuata, sed tabulata, calce leviter superieſto in  
declive eminentibus cymbis, ita extructa, vt in summo  
ambulare possis, totamque vrbem simul, & mare contem-  
plans. Munita est, & fossas habet LXXX. pedes profun-  
das, Portas octo, Arces etiam præcipuas tres, ex quibus  
ab omni irruente vi se facile potest tueri.

Nouam validissimè munitam, iuxta quā turris, in qua  
conferuantur Cæſaris iocalia, vt vocant, nempe ſceptrum  
aureum, ensis, habens capulam, & vaginam auream gem-  
mis elaboratissimam, corona gemmis, incredibilis mag-  
nitudinis rutilans, pomum Cæſareum vetustum, Cappa  
imperialis, cuius phylacteria gemmis refertissima, Crux  
aurea, longitudinis vnius palmæ, Poculum magnum,  
gemmis vndique ornatum magni precij, Poculum mi-  
nus, ſmaragdis, robinis, ſaphiris, & vniōibus. Item mar-  
garitæ & præcipua gemmarum gentra in bona quanti-  
tate. Cæſaris demum effigies ad viuum expressa. Viden-  
tur in ea etiam aliquot bombardæ aeneæ, quas Elector  
Saxonie in pugna ad VVitebergam amisiſit.

Item turris S. Vincentij, quam Galli, capta arce, adhuc  
sex menses tenuere. Quamobrem om̄es, cum tandem  
vincerentur, in p̄emium tantæ fortitudinis vita sunt do-  
nati.

Est secunda Arx vetus, Et tertia in rupe altissi-  
ma sita.

Fora sunt ampla, quorum vnum famosissimum la Piar  
ra del vimo, prope castrum nouum, in quo olim ſpecta-  
cula exhibebātur, p̄emij vimo ſuſpenſis, hodie à ditio-  
ribus, & mercatoribus habitatur. Basilicæ publicæ qua-  
tuor quas alij Prætoria, Alij porticus nominant, vulgo  
I, quattro ſeggi. In his ſtatutis temporibus anni publi-  
cus conuentus habetur, & conueniunt in ijs mercato-  
res ſingulis diebus, contractuum celebrandorum gra-  
tia, Tribunalia quinque. S. pauli, in quo leuia debita ex-  
pediuntur, la Zeccha, vbi ea, quæ ad mercaturam; la Vi-  
caria, vbi cauſæ iudicariæ ciuiles & criminales traſtan-  
tur: Summaria, vbi de patrimonio Regis: Sacro  
sancta, vbi iurgia, iniuriæ, & aliæ lites deciduntur.  
Templa multa, in quibus ſplendidissimum S. Mariæ O-  
liueti, vetuſſimum S. pauli, Olim Caſtoris & Pollu-  
cis. Et ampliſſimum S. Claræ Sepulturis Regum & Re-  
ginarum Franciæ magnificis decoratum. parro-  
chiae quadraginta, Templa Monachorum XV. Vesta-  
lium VIII. Gymnasium celebre, in quo profesio-  
nes quæſtuosæ florent, literæ exiguo ſunt in precio, fun-  
datum à Friderico II. Imperatore. Bibliothecæ ali-  
quot, ex quibus præcipua S. Dominici. In qua libri non  
pauci Ioannis Pontiani ab Eugenia filia, in doctissimi pa-  
triſ memoriam ſacro loco dicati. Hospitalia duo magni-  
ficentissima, Primū Mariæ Annuntiatæ, Alterū, Mariæ de Populo. Quibus & tertium accedit ægri-  
tudinum incurabilium, in quo verno tempore ultra  
M. M. ægrotorum, qui Guaiaci potionē vtuntur &  
curantur. In granarium quotannis deferuntur CCC.  
quintalía frumenti. In ſtabulo regio, centum equi ge-  
nerosi aluntur, de quibus Regi quotannis xij. dono mit-  
tuntur. Palatia ſunt magna, & ampla inter quæ maximè  
laudatum Salernitanum, quod nunc in Collegium  
Dominorum Societatis IESV conuerſum. Fontes in  
publico, e quibus aqua limpidissima varijs modis, nunc  
lanceæ vnius altitudine, nunc duorum capitum crassitu-  
dine, nunc per centum fistulas proſilit, ſunt multi ac  
varij. Horti ac villæ innumeræ. Ciuitati, hortis, villis  
aquam præbet ſobethus fluius. Mulieres vrbis defor-  
mes ſunt. Hospitia vilia & incomoda. Nusquam  
equorum maior cura, nusquam tanta Principum & No-  
bilium multitudo, nusquam, quod ad vniuersorum mo-  
res pertinet, populus corruptior & ferocior. Vrbs au-  
tem & munitior nunc facta est, & amplificatum pome-  
rium, Plateæ in meliorem formam redactæ, & fontes  
plures, quam antea, excitati. Ob tanta Neapolitanæ  
vrbis ornamenta, haud mirum videri debet, quod à Stra-  
bone legitur: Romanos olim in hanc vrbem aut  
ſtudiorum, aut ætate confecta, quietis & otij cau-  
ſa plerumque ſecedere ſolitos. Quanquam plurimi  
quoque, non tam recreationis animorum, quām  
volup-